



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 2. Arguit hominum imprudentiam, circa considerationem Novissimorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

§ 2.

Arguit hominum imprudentiam, circa considerationem Novissimorum.

Gens absque consilio est, & sine prudentiâ utinam saperent, & intelligerent, ac Novissima providerent. *Deutr. 32. v. 28. § 29.*

Cur sic vivis homo, ut semper victurus in orbe?

Cum mors per cunctas horas, sua tela mine-

tur,

Exspectans tempus, vitæ quo terminus instat

b Ut rapiat corpus, Terræ deducat ad antra,

c Et vermes rodant, serpentes pabula carpāt,

d Excipiatque Animam, Cœlum, vel dirus

Avernus,

e Ut feret eventus, dubius qui sæpius hæret,

Sorti adeo incertæ, post mortem, subditur omnis.

f Et tamen, hæc pauci, cordi tam serio sumunt,

g Vivere secure pergunt, quasi fabula mors sit,

h Præmia nulla Bonis mancant, nec pœna malignis:

i Haud

(a) *Psal. 106. Eccl. 14. Rom. 5.* (b) *Psal. 87.*

(c) *Iob. 17. Eccl. 10.* (d) *Luca 16.* (e) *Matth. 25.*

(f) *Deutr. 32.* (g) *Sp. 2.* (h) *Matth. 25.*

i Haud secus ac Brutum, rationis lumine captum,

k Mancipium ventris, solum præsentia quærens:

l In vitium præceptis, ut equus laxatus habentis,

Aut Lapis ex alto demissus, ad infima tendit

m O nimium miser, heu! quæ te dementia capiat?

Nobilitas Animæ, à te nobiliora requirit,

In tenebris palpas, Sathanæ deluderis astu,

Degener heus animo, majori fine creatus,

n Filius æterni Regni signatus, & Hæres

o Os sublime datum, Cœlorum ut sidera spectes,

Demissique pedes, terræ ut vestigia figant

p Nonne docent, rectos ad Cœlum tollere vultus?

q Et cunctas illuc, mentis convertere curas?

Aut viles terræ pedibus calcare cloacas?

Hæc natura monet, primæva creatio monstrat

§.3.

(i) Psal. 48. Iude 1. I. Corinth. 12. (k) Phil. 3.

Tim. 1. Corinth. 6. (l) Gen 6. (m) Psal. 4. (n) E-

phes. 2. & 4. Tob: 8. (o) Psal. 24. (p) Psal. 122.

(q) Coloss. 3.